3.1 204 ~~375~~

Quoad: *imus*, quam Fea lectionem proposuit, ego non dissentio, laudare tamen non possum, eum legere nos jubere:

Paene arsit.—

Haec antea mea de hoc sententia, quam nunc dimisi.

Aliud quid afferam, licet non maximi momenti.—Jam cum Fea:

Paene arsit, non: paene macros etc.

lego, etenim: paene arsit—notionem appellandam censeo multo graviorem illâ, quae Tibi magis placet. Declamator quisque peritus hanc primam versus imaginem exprimere studebit *paullisper subsistens post*: paene arsit,—quae voce protulerat intenta: tum submissione, ut ridiculum appareat: "macros." Haec autem imago plane deletur legendo: „paene macros. Huc accedit, quod hoc Hyperbaton male adhibitum esse videatur, eique duri aliquid inesse, negari non possit.

Fuerunt, qui, licet de Horatio valde meriti, ad verba:

Paucorum hominum

monerent, describi Maecenatem ab ea parte, qua deterreri homo queat impudens, cui opinioni Tecum, Vir doctissime, palmam non addico; verum ~~autem~~ gaudeo coniectura, quam hilari fronte legi animoque laeto: *deterius*.—